Psiecki Matthias Stanisl: Quaestio theologica de processionibus divinarum personarum.

IN

Q

T

PRO

Ex 1. Pa

Int

in Al

M.

F

Coll

Vtriu

tari

no

g

In A

Led

Ann

✠

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QUÆSTIO THEOLOGICA,

DE

PROCESSIONIBUS DIVINARUM PERSONARUM,

Ex 1. Parte D. THOMÆ Aquinatis, Doctoris Angelici, Q. 27. a. 1.

PRO LOCO

Inter S. Theologiæ Doctores

in Alma Universitate Studij Generalis Crac: obtinendo:

PUBLICÆ DISPUTATIONI,

PER

M. MATTHIAM STANISLAUM PSOIECKI,

Collegam Majorem, Sacræ Theologiæ, & Utriusq; Juris Doctorem & Professorem, Protonotarium Apostolicum, Ecclesiæ S. FLORIANI Canonicum, Curatum in Osiek, Conturbernij Jagelloniani Provisorem, Almæ Universitatis Cracoviensis Generalem Procuratorem,

In Augusta Divi Vladislai Iagellonis Aula,

Lectorio DD. Theologorum

PROPOSITA.

Anno quo in Tempore Processit Verbum 1691. VIII. Idus Septembr.

CRACOVIÆ, TYPIS UNIVERSITATIS.

QUÆSTIO THEOLOGICA.

V. Inter Processiones Divinas ab intra reales, unius Personæ ab alia, quarum altera est Filii per Intellectum Divinum; & altera Spiritûs Sãcti per Voluntatem; Processio Filii, fiat per cognitionem omnium formaliter & necessariò in Deo existentium. nec ne?

CONCLVSIO I.

Dantur in Divinis ad intra actu, verè & formalitèr reales Processiones, unius Personæ ab alia.

COROLLARIA

I. Processiones Divinæ sunt verè & propriè actiones immanentes ac vitales, non simplices emanationes.

II. Principium Quod Divinarum Processionum, est ipsum suppositum Patris & Filij.

III. Principium Quo proximum Divinarum Processionum, non est ipsa natura, ut praintelligitur Intellectui & Voluntati.

IV. Principium proximum & Formale Divinarum Processionum, est Intellectus & Voluntas.

V. Principium Primum & Radicale Divinarum Processionum, est ipsa Divina Essentia ut modificata Relatione.

CONCLV-

CONCLVSIO II.

Processio Filij in Divinis, est per Intellectum.

COROLLARIA.

I. Processio VERBI Divini verè dicitur Generatio.

II. Non datur in DEO Intellectio Notionalis, & Relativa, in Linea Intellectionis virtualiter distincta ab absoluta.

III. Ratio VERBI & Filij in secunda Trinitatis Persona, est formaliter eadem absq; virtuali discrimine.

IV. Ratio Imaginis propriè & formalitèr reperitur in Divinis personaliter.

V. Hæc Ratio Imaginis verè & propriè convenit soli Filio; non autem Spiritui Sancto.

CONCLVSIO III.

Præter Processionem VERBI Divini, datur in Divinis, alia Processio Spiritus Sancti per Voluntatem.

COROLLARIA.

I. Spiritus Sanctus procedit, non tantùm à Patre, sed etiam à Filio.

II. Pater & Filius, sunt unum Principium Spiritus Sancti.

III. Processio Spiritûs Sancti non est Generatio.

IV. Spiritus Sanctus per se procedit ex amore omnium, quæ formaliter & necessariò sunt in DEO; non tamen ex amore Creaturarum poßibilium aut existentium.

IV. Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distingueretur realiter ab illo.

CONCLVSIO IV.

VERBVM Divinum procedit ex cognitione omnium; quæ sunt formaliter & necessariò in DEO.

COROLLARIA.

I. VERBVM ex se procedit ex cognitione Paternitatis.

II. Procedit etiam VERBVM ex cognitione sui.

III. *VERBVM Divinum procedit ſimiliter ex cognitione Spiritûs Sancti.*

IV. *Proceſſio VERBI Divini eſt per ſe, ex cognitione Creaturarum Poßibilium.*

V. *VERBVM Divinum non procedit per ſe ex cognitione futurorum in aliqua differentia temporis.*

Soli DEO Laus Honor Gloria & Imperium in ſæcula.

Ad M. D. G. A.



SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS,

Magnifici, Perilluſtris, & Admodùm Rndi Domini,

D. M. FRANCISCI IOSEPHI PRZEWOSKI,

S. Th: Doctoris & Profeſſoris, Collegæ Majoris, Eccleſiarum Collegiatarum, SS. Omnium Crac: PRÆPOSITI, Scholaſtici Curelovienſis, ad S. FLORIANVM Canonici, Korczynen: Curati, Librorum per Diœceſim Crac: Ordinarij Cenſoris, Canonizationis Beati IOANNIS CANTII, Procuratoris, Contubernij Hieroſolymitani Proviſoris, S. R. M. SECRETARII, ALMÆ VNIVERSITATIS CRACOVIENSIS, Generalis, & Vigilantiſſimi

RECTORIS.